

Transitus autem Lunæ per hæc eadem 72 loca Zodiaci, quæ quia uelox est in motu, interdum uno die transit per plura loca, ideo eius transitus in diebus & horis consideratur, & hoc tali uia. Si locus Lunæ in meridie maior fuerit quàm locus aliquis huius tabulæ qui locus radicis dicitur, subduc locum radicis à loco lunæ meridiæ, & differentia ostendit horas ante meridiem, quando scilicet Luna per suum transitum ad locum radicis pertinet. Si uero locus radicis maior fuerit, & locus Lunæ in meridie minor eo, subtrahe locum Lunæ à loco radicis, & differentia præbebit horas post meridiem, accipiendo tamē pro quolibet gradu distantie horas duas, eò quòd Luna in duabus horis unum perambulat gradum.

<p>Exemplum Volo transitum Lunæ anno Christi 1510. die 21 Aprilis cuius locus Lunæ in meridie fuit gradus 9 minuta 12 Libræ</p>	<p>8.31 <math>\cong</math> <math>\square</math> <math>\dagger</math> radicis</p>	<p>Quare Luna transit die 21 aprilis</p>	<p>ante meridiem horis 11 ferere per <math>\square</math> <math>\dagger</math> radicis</p>
	<p>9.12 <math>\cong</math> locus <math>\rangle</math> in meridi.</p>		
	<p>0.41 diffe. facit ferè horam 1 (ante meridi.)</p>		
	<p>10.40 <math>\cong</math> <math>\circ</math> <math>\odot</math> radicis</p>		
	<p>9.12 <math>\cong</math> locus <math>\rangle</math> in meridi.</p>		
<p>1.28 diffe. facit ferè tres horas (post meridiem)</p>	<p>post meridiem tribus horis per <math>\circ</math> <math>\odot</math> radicis</p>		
<p>11.40 <math>\cong</math> <math>\ast</math> <math>\circ</math> <math>\odot</math> radicis.</p>			
<p>9.12 <math>\cong</math> locus Lunæ in meridi.</p>			
<p>2.28 different. facit 5 horas (post meridiem)</p>			
<p>17.45 <math>\cong</math> <math>\circ</math> <math>\text{♀}</math> radicis</p>			
<p>9.12 <math>\cong</math> locus <math>\rangle</math> in meridi.</p>	<p>post meridiem 16 <math>\frac{1}{2}</math> horis per <math>\circ</math> <math>\text{♀}</math> radicis</p>		
<p>8.33 differen. facit horas 16 <math>\frac{1}{2}</math> post meridiem</p>			

Reliqui autem transitus habent significationes suas sicut directiones & profectioes, sed sunt minus fortioris significationis, quod bene notabis.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Quomodo ea quæ in hoc tertio libro de euentibus & eorum temporibus dicta sunt, ad usum sint accommodanda.

Anno Christi 1486 currente, sed ætatis nati 27 perfectæ.



ATVS tunc fuit sub generali gubernatione Solis, quæ ætas iuuentutis dicitur, qui cum in figura radicis & reuolutionis bene dispositus sit, significat animum nati à rebus Venereis aliquantulum declinare, & ad gloriæ cupiditatem inclinari, facit natum audacem in suis rebus, acutum, sagacem, auidum ad opes parandas, & honores &c.

Directiones, siue generales progressiones sic fuere. Directio ascendens fuit adhuc sub significatō eius ad sextilem Martis, quare per hoc totum suum tempus usq; ad mox sequentem eius generis directionem, reddit natum audacem, & fortem, qui in bellis aut contentionibus uictoriam obtinebit. Item efficit natum gratum & acceptum nobilitati, equitibus, militibus, & omnibus ordinibus ac personis sub Martis præsidio, erigit nati animū ad bellicas artes exercitandas, ut delectetur armorū tractatione, hastiludijs, & aueat serio etiam cum hoste cōgredi. Porro tem